

### Ignatii Diaconi acrostichon alphabeticum.

Quod in commentatione de Ignatii Diaconi metrica arte vita carminibus primus quod sciam pronuntiavi, ἰάμβους κατὰ στοιχείον illos, qui in cod. Paris. 3058, fol. 32 extant Ignatii nomine inscripti, versus maxime hiantes et claudicantes, non Diacono, sed posterioris aetatis versificatori rei metricae parum perito esse adscribendos, id cum aliis probatum esse laetor, tum Carolo Krumbachero, qui in hist. litt. Byzant. nuper edita (Monaci 1891, p. 348) eorum versuum auctorem diserte discernit a Diacono.

Sed alteri sunt versus (in duobus codicibus bibl. Laurent., plut. IX cod. 18, membran., in 4<sup>o</sup> mai., saec. XII, et plut. XI cod. 9, membran., in fol., saec. XI ineuntis<sup>2</sup>) ordine alphabetico scripti, quos ab Ignatio Diacono compositos esse et metrica ratio videtur comprobare et nomen in altero codice additum lucidissime demonstrat. In illo enim codice (plut. XI dico cod. 18) cum folia quattuor vacua initio superessent, recentiorem quendam Graecum dicit Bandinius (l. l. I p. 419) aut exercitationis aut animi

<sup>2</sup> cfr. Bandin. catal. codd. Graec. I p. 422. 507.

gratia nonnullos versus iambicos in eis descripsisse, ac primum quidem τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου στίχους ἰάμβους κατὰ ἀλφάβητον, deinde ἑτέρους στίχους κατὰ ἀλφάβητον εἰς νέους (1. ἄκουσον, ᾧ παῖ, τῆς ἐμῆς συμβουλίας. 24. ὡς ἂν δι' αὐτῶν καὶ τύχης σωτηρίας), tum partem invocationis beatissimi Ioannis monachi Mauropodis versibus iambicis. In altero autem codice (9 plut. XI p. 136 b) isti στίχοι παραινετικοὶ εἰς νέους inscripti sunt Ἰγνατίου διακόνου Κωνσταντινοπόλεως ἀλφάβητον παραινετικόν, quos quia Fabricius (bibl. Graec. I p. 398 et V p. 45) ubi de Ignatii operibus agit ne verbo quidem commemoraverit, Bandinius catalogi p. 516 excudendos curavit. Atqui Fabricius in bibl. Graec. lib. V op. 1 (vol. VII p. 45 ed. Harles) Ignatii scripta enumerans primo loco alphabeti moralis (sive paraenesis ad novicios secundum litteras alphabeti) facit mentionem idque et in cod. Augustano et in Florentino bibl. Med. extare dicit: quod fugisse Bandinium miror. Codex vero iste olim Augustanus (no. 18 secundum Reiseri indicem mss. bibl. Aug. a. 1675 editum, p. 7) nunc servatur in bibl. regia Monacensi, in quam nescio quo anno translatus est, no. 416, bombycinus in folio, titulis et initialibus miniatus, scriptura eleganti cum abbreviationibus antiquis, maculatus, in foliis 210 saec. XII (cfr. Ign. Hardtii catal. mss. Graec. bibl. reg. Bavar., tom. IV p. 296)<sup>1</sup>. Cuius in fol. 207 inest Ἰγνατίου τοῦ εὐλαβεστάτου σκευοφύλακος<sup>2</sup> τῆς μεγάλης ἐκκλησίας παραίνεσις νέοις κατὰ στοιχεῖον, prorsus eadem, quam a Bandinio ex duobus codicibus Laurentianis l. l. habemus editam: perpaucas enim, quae occurrunt, lectionum discrepantias levitati cuidam scribae quisquis fuit tribuendas esse patet. Extremi desunt tres versiculi in codice Augustano (A). En poematium illud Ignatii:

- 1 Ἄκουσον, ᾧ παῖ, τῆς ἐμῆς συμβουλίας,  
 Βλέψον πρὸς αὐτὴν μᾶλλον ἢ πρὸς ἄλλό<sup>3</sup> τι,  
 Γράψον δὲ ταύτην<sup>4</sup> εἰς πλάτος τῆς<sup>5</sup> καρδίας.  
 Δὸς πάντα καὶ φρόνησιν ἐκπρίω<sup>6</sup> μόνην.  
 5 Ἐωλα πάντα τῆς φρονήσεως ἄτερ<sup>7</sup>.  
 Ζήλου σοφῶν μάλιστα τὸν σοφὸν βίον.

<sup>1</sup> eundem esse codicem quod dudum suspicatus eram, id pro certo testatus est per litteras O. Mensingius, olim discipulus meus, in academia Monacensi nuper philologiae studiosus, insigne urbis Augustae Vindelicorum in codicis illius tegumenti parte interiore se inspexisse asseverans.

<sup>2</sup> quo tempore sceuophylacis i. e. sacristae munereungebatur Ignatius, scripsisse videtur etiam vitam sancti Gregorii Decapolitani, quae e tribus codd. Paris. 501, 1525, 1549 nondum edita est (cfr. Catal. codd. Graec. mscr. bibl. regiae Paris. vol. II).

<sup>3</sup> notandus est duplex accentus, quem hac aetate revera positum esse apparet ex lege metrica Byzantinorum in trimetris iambicis dudum observata.

<sup>4</sup> A αὐτήν.

<sup>5</sup> A σῆς.

<sup>6</sup> Band. ἐκπρίω.

<sup>7</sup> Band. ἄτερ.

- Ἡ γλῶσσα καιροῦ μηδὲν ἐκφέρου δίχα.  
Θήρευε τὰ κράτιστα τῶν νοημάτων.  
Ἴχνη δ' ἔρεισον πρὸς πύλας τῶν ἐνθάδε.
- 10 Καλῶς βάδιζε καὶ κακὸν πᾶν ἐκτρέπου.  
Λόγῳ τρόπους κόσμησον ἢ λόγους τρόπῳ.  
Μὴ τῶν ρεόντων, τῶν μενόντων δ' ἀντέχου.  
Νόμων<sup>1</sup> Θεοῦ πατρός τε μὴ λήθην λάβοις.  
Ξένος προσῆλθε, Χριστὸν αὐτὸν ἐννοεῖ.
- 15 Ὅλον σεαυτὸν τοῖς μαθήμασιν<sup>2</sup> δίδου.  
Πράος<sup>3</sup>, ταπεινὸς τοῖς διδασκάλοις ἔσο<sup>4</sup>.  
Ῥάθυμον ἔργον μηδὲ προσβλέψαι θέλοις.  
Σαυτοῦ δ' ἀδελφούς τοὺς ὁμήλικας λέγε.  
Τῶν συσχολαστῶν τὰς συνουσίας φίλει.
- 20 Ὑπὲρ δὲ ταῦτα<sup>5</sup> καὶ πρὸ πάντων καὶ μόνον  
Φοβοῦ τὸ θεῖον ἐξ ὅλης τῆς καρδίας,  
Χριστὸν δὲ τοῖς σοῖς ἐνδον ἐν στέρνοις φέρων  
Ψυχὴν κράτυνε πρὸς πόνους μαθημάτων,  
Ὡς ἂν δι' αὐτῶν καὶ τύχης<sup>6</sup> σωτηρίας.

Quos versus qui accuratius inspexerit, vere esse Ignatianos, quippe qui eandem praebeant metricam artem, quam in carminibus pandendis Diaconum exercuisse commentatione nostra studuimus comprobare, facile nobiscum consentiet. Diligentissime enim omnibus locis observatur syllabarum quantitas apud veteres poetas quae valuit, respuitur hiatus, vitantur pedes soluti, accentu grammatico ubique insignitur trimetri paenultima.

Quod ipsum versuum comparatione quo clarius cognoscatur, subicere placet alterum illud alphabetum morale, quod Ignatii nomine inscriptum edidit Boissonadius (anecd. Graec. IV p. 436. 437), Ignatio Diacono temere addixit Migneus (patrol. Graec. tom. 117, p. 1175):

- 1 Ἄνω πτέρωσον πρὸς Θεὸν σου τὰς φρένας.  
Βίον πόθησον ἐνθεον ἠγνισμένον.  
Γαῖαν βάδιζε· μὴ τὰ τῆς γαίας φρόνει.  
Δίδου πένητι χεῖρα κειμένῳ κάτω.
- 5 Ἐργῶν φερίστων ἠγλαϊσμένων πόθει.  
Ζῆτει τὰ τερπνὰ τῶν ἐκείθεν ἐλπίδων.  
Ἡ γλῶττα ἀεὶ ἀγαθὰ προσφθεγγέτω.  
Θήρα βλέποιο μὴ γένη τῶν δαιμόνων.  
Ἴχνη βεβήλων μηδαμῶς ὁδοιπόρει.
- 10 Κλαῦσόν τε καὶ στέναζον, πλύνον σοὺς ῥύπους.  
Λόγους σοφῶν μίμησον καὶ σοφὸς ἔση.  
Μὴ τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ τοὺς ψόγους φεῦγε.  
Ναὸν σεαυτὸν ποιεῖ ἠγλαϊσμένον.

<sup>1</sup> A νόμους. <sup>2</sup> A et Band. μαθήμασι. <sup>3</sup> A πραῦς.

<sup>4</sup> A et Band. ἔσω. De imperativi forma ἔσο cfr. Mullachi grammat. ling. Gr. vulg. (Berol. 1856) p. 282.

<sup>5</sup> A τουτῶν.

<sup>6</sup> Band. τύχοι e Laur. b, Laur. a (plut. IX cod. 18) τύχης.

- Ξένους ξένιζε, καὶ Χριστός σε ξενίσει.  
 15 Ὅρκους βδελύσσου ψυχικοὺς ὀδωδότας.  
 Πλοῦτον ἄχρηστον νέμων<sup>1</sup> εὐχρήστῳ νόμῳ.  
 Ῥευστὸν τὸν κόσμον ὡς ἀραχνώδη νόει.  
 Σαρκός τε τὸ φρόνημα τήξον ἐνθέως.  
 Τὰ δ' ὄπλα φωτὸς ἀντὶ πορφύρας φόρει.  
 20 Ὑψῶν σεαυτὸν μὴ ἐν μεγάλοις βλέπε.  
 Φόβῳ Θεοῦ σύγκαμψον τὸν σὸν αὐχένα.  
 Χαίρων βάδιζε τὸν ἐπίμοχθον βίον.  
 Ψέγου παρ' ἄλλου μᾶλλον ἢ θέλεις<sup>2</sup> ψέγειν.  
 ὦ ἴάν, φύλαξον ταῦτα καὶ μέγας ἔση.

Cuiusmodi versus hiantes, claudicantes, barbaros indignos esse Ignatio Diacono eiusque aetatis poetis nemo fere erit quin facile intelligat.

<sup>1</sup> suspicatur Boisson. νέμε vel νεῖμον.

<sup>2</sup> Boiss. mavult θέλε vel θέλοις.